



DEO OPTIMO MAX.

UNI ET TRINO,

VIRGINI DEI-PARÆ, ET S. LUCÆ,

Orthodoxorum Medicorum Patrono.

QUÆSTIO MEDICO-CHIRURGICA,ˣ

QUODLIBETARIIS DISPUTATIONIBUS, manè discutienda, in Scholis Medicorum, die Jovis vigesimâ-sextâ mensis Martii, anno Domini M. DCC. LXXVIII.

M. EDUARDO-FRANCISCO-MARIA BOSQUILLON, Equite, è Societate Medicâ Edimburgensi, Professore & Censore Regio, Doctore Medico, Præside.

An post gravem, ab ictu vel casu violento, capitis contusionem, etiam mediocriter suspectâ cranii fracturâ vel fissurâ, cutis unà cum pericranio ad os usque incidenda?

I.



NASCI-NE erat tanti? infantiam, somnum, tempora cibi, potûs & tædii si computes, pueri vix sumus, senes jam videmur. Quisque tamen vult vivere: anus putida, miles ærumnosus, Irus egens, senex calculosus, *podagricus*, silicernius. Media inter tormenta mortem deprecamur, quocumque pretio fatum protelare avidi. Amaritudine sanitatem redimimus. Medicinam tutelarem Deam experiri cupimus cujuslibet pignoris dispendio. Jubet Medicina membrum resecari? tollitur: adeo dulce est sperare seriùs mori! Ferrum in viscera cruentum adigit? ignes inurit sauciis partibus? fiat: dummodò vivamus. Post gravem ab ictu vel

x Propugnata anno 1746

cafu contufionem terebra admovenda eft ? admotam fanatus gaudet æger. Incertum an admovenda ? cutemque & pericranium unà evellenda cenfeas, ut liquidò conftet quid fit agendum ? Urite, inquit æger, fecate, radite, modò vivam. Apparatus fanè ipsâ terebrâ crudelior : at fæpè neceffarius magis. Præceps quifpiam è fcalis aut loco edito cecidit ? caput in lignum, ferrum aut lapidem, cranio duriora videlicet, impegit ? vehemens fanè commotio. Totius cerebri moles immenfa fedibus dimota fuis divulfaque validè intùs contremuit repercuffa fortiter in parietes cranii ? Forfan diffiluerunt & ipfi parietes fragminibufque (fanâ extûs remanente cute) meninges torquent, vellicant, pungunt. Interdum fola adeft contufio gravibus ftipata fymptomatis, etfi nulla adfit fiffura aut fractura ; aliquandò utrumque reperitur. In arenâ confilium capere hoc opus, hic labor. Rebus tam obfcuris quis afferet lucem ? Omne feret punctum qui unà cum luce medicinam dabit. Hoc ut affequare nullus non movendus lapis.

I I.

FELIX nimiùm qui potuit rerum caufas cognofcere ! Sæpè fatis felix qui tantùm rem ipfam poffet cognofcere. A gravi capitis percuffione magnorum malorum nafcitur Ilias. Nec plerumque majora apparent : fæpè grandiora & præcipua latent intùs : imò quæ latent ferè fola funt vera mala : collifio fcilicet fubftantiæ pulpofæ cerebri in interiores cranii parietes, fugillatio, aut fractura in ipfis offibus. Reliqua apparentia ut phrenitim, Emphyfema, hæmorrhagias, febrem & cætera, figna tantùm & effectuum effectus habeto. Per hæc, fi apparent omnia fimul & graviffima, imminentem vaticinare mortem : fi minora urgent aut pauciora, cave fidas infidæ paci. Ignis latet fuppofitus cineri dolofo. Ne temnas tamen fignorum conjecturam. His magnitudinem mali præfertim experto & feni Medico conjicere datur. Ex dolore capitis acutiori, lancinante, cum ftupore, tinnitu aurium, vomitu, cerebrum vehementer concuffum, ibique nafci & ali abfceffum judica. Ex frontis, oculorum, faciei intumefcentiâ pericranium ofque forfan ipfum valdè contufum credere eft. His adde hæmorrhagias per nafum, illæfis in ictu partibus externis nafi, per oculos, per aures, iifdem pofitis, cranium fiffum vix dubitare licet. Spafmis miferè convellitur æger, delirat, truci afpectu terribilis è lecto furiofus exfilit ? dura meninx, fiffurâ internâ, etiamfi nihil in tabulâ cranii exteriori appareat, convulfa torquetur ; at interdùm Comate hæc omnia fopiuntur figna. Hic hæreret vel ipfe Tirefias. Tunc judicium difficile. Paucis quos æquus amavit Omnipotens, hæc omnia certâ datur affequi conjecturâ. Haud facilè contufionem fimplicem cutis cum levi & periculi experte commotione cerebri, ab offis externæ tabulæ depreffione difcernas : contufionem externæ tabulæ offis ab utriufque difruptione. Fiffuram internæ feu vitreæ folam quis adeò Lynceus ut pervideat ? Abfceffum vix poft hebdomadas, menfes, annos adeffe evincas. Juvandæ rationi quàm benè, ô bone Deus, addidifti fenfus. Non jam fibi placeat adeò nec fuperbiat *Ratio* de fallaciâ fenfus arguendo. *Ratio* definit hìc effe *ratio*, nifi fenfus veniant in confilii partem & auxilium.

I I I.

LEVI tantûm commotione exceptâ nullis gravibus ftipatâ fymptomatis, in utroque cafu confert incifa cutis ad cranium ufque & detectum illicò fubjectum os, per incifionem pericranii. Sic lucem fimul cum Medicinâ dubiis ægri rebus

afferes. Si adſit fractura, plaudes fanè ! At fi offe nudato integrum os & fincerum appareat ; putas grande piaculum commififfe, nec ullâ luftratione abluendum ? Vulnere fimplici cutem afflixifti ; nec putes ideò os effe *exfoliationi* permittendum : coalefcet vulnus paucorum dierum fpatio : ac non fine magno ægrotantis juvamine contufum forfan pericranium incifione relaxabitur, detumefcet facies, venæ cum internâ parte cranii committentes exonerabuntur ; tabum feu fanguinem concretum evoment, & fi intus adfit commotio & abfceffus, exterminabunt. At nifi remiferint dilucidè omnia fymptomata poft tres aut quatuor dies, cave vulnus coalefcere permittas. Angulos plagæ, vel cruciatæ, vel ftellatæ, vel cujufcumque figuræ plumaceolis fublevatos ab offe arceas, at, fi perfeveraverint, delirium, coma, convulfio, aphonia, oculorum tenfio, fuffufio, &c. terebram quamprimùm admoveas. Ifthæc enim incifio vel per fe remedium eft gravium fymptomatum ubi non adeft fractura, vel indicium omnium certiffimum fracturæ, fi forfan adfuerit; vel in utroque cafu, fi per fe non medetur, viam non aliundè parabilem fternit ad ultimum omnium auxilium, Terebram.

I V.

PRINCIPIIS obfta ; medicinam ferò paraveris, cùm immedicabile per moram factum fuerit vulnus. Turpe Medico non tanti æftimaffe malum quanti erat æftimandum. Malè excufatus valeat cum fuo *non putabam*, cùm potuit fcire, infpicere, propriis manibus palpare. In re periculi plenâ attendendum, timendum, cavendum quidquid luctuofum magis & portentofum. Agendum quafi certa falus operam fequeretur. Omnia tuta time ; in deploratis nunquam defpera ; bonorum tamen verborum & promifforum haud prodigus indecenter. In negotio ancipiti viriliter operare, quafi penes te foret eventus. Cautè rem age & providenter, quafi omnia mortem intentarent. In cranio vehementer contufo cave fracturam, commotionem aut fugillationem, undè collectio materiæ ftagnantis, corruptio, abfceffus. Nec ideò fperare ac proinde agere te deterreat ingens accidentium cohors. Paucis quidem ex orci faucibus fuperas evadere ad auras, & ab ipfo Averni limine remeare datum eft : at quod pauci potuêre, cur ifte non poterit, & ifte manu auxiliatrice adjutus. Conare magna : permitte Superis cætera. Unica via eft incifio, quâ latens in offe vitium detegas, eâ folâ obliquæ fiffuræ fraudem revelabis. Interdùm folo pericranii tritu, vomitus, convulfio, febris, phrenitis, oculorum fpafmus, tetanus, &c. collifioni capitis fuperveniunt. Laxatâ per incifionem pericranii crifpaturâ, hi motus inordinati fibrarum atque hæc tam gravia fymptomata levi operâ compreffa quiefcent. Ni remittant, ulteriùs ferro aggredere ipfum os ; parata via eft. Tunc otiofum fpectaffe naturam pigeret, & feciffe lætaberis quæ puderet diftuliffe.

V.

SERIOREM ergò pœnitentiam dùm licet præveni cautus, incifione prudenter & peritè, pro ratione loci & magnitudine periculi factâ. Abfit ut miffa faciam quæfita aliundè magna præfidia, ut frequentes & copiofas fanguinis miffiones, diætam exquifitam, & quæcumque valent faguinem concretum intùs & extùs admota refolvere. Sæpè doctâ plus valet arte malum, & quamvis nihil horum omiferis, vix in vado conftituitur æger, Quid ? fi neglexeris. Non me tunc emenforum quadraginta aut fexaginta dierum (poft quos vita vulgò creditur incolumis & omnis periculi expers) elapfa feries fecurum ideò præftiterit ; vel minimis fympto-

matibus adhuc perterrefiam. Minimus capitis dolor, me judice, abfceffum minaretur. Nec crudelem me facere medicinam quifquam arguat. Crudeliter illum mifericordem dicito, qui, dùm poteft fervare civem, metuit, mortem (grande fanè malum) levi malo propellere. Non in contufione, quam parva fequitur & externa tantùm fugillatio, fecandam cutem, fecandum proponimus pericranium; at ubi hæmorrhagia, faciei tumor, delirium, vertigo, &c. gravia comitantur fymptomata, etiamfi, illæsâ cute, certè non poffit afferi fractum effe cranium, imò etiamfi cranium non effe fractum fere pro certo teneatur.

Ergò poft gravem, ab ictu vel cafu violento, capitis contufionem, etiam mediocriter fufpectâ cranii fracturâ vel fiffurâ, cutis unà cum pericranio ad os ufque incidenda.

DOMINI DOCTORES DISPUTATURI.

M. Joannes D'ARCET, *Profeffor Regius, Academiæ regalis Medicinæ Matritenfis Socius, è Regiâ Societate Medicâ Parifienfi pro Epidemiis inftitutâ.*

M. Francifcus THIERY DE BUSSY, *Confiliarius Medicus Regis ordinarius in fupremo Senatu Parifienfi.*

M. Hugo GAUTHIER *Confiliarius Medicus.*

M. Ludovicus-Gilbertus BOYROT DE JONCHERES.

M. Carolus SALLIN, *Confiliarius Medicus Regis ordinarius in ejus Caftelleto.*

M. Simon VACHER, *Regis exercitûum in Infulâ Corficâ Medicus Primarius.*

M. Carolus-Ludovic. LIGER, *Confiliarius Medicus Regis ordinarius in urbe & Comitatu Altiffiodorenfi.*

M. Joann.-Stephanus GUETTARD, *Regiarum Academiarum Parifienfis, Rupellenfis, Florentinæ & Stokolmienfis Socius, Cenfor Regius & Hiftoriæ naturalis Mufæi fereniffimi Ducis Aurelianenfium Cuftos.*

M. Natalis-Maria DE GEVIGLAND, *Regiorum in Germaniâ Ducum & Militarium Nofocomiorum nuper Medicus.*

Proponebat Parifiis FRANCISCUS-NICOLAUS SIMONNET, Parifinus, in Supremo Senatu Patronus, nec non Saluberrimæ Facultatis Medicinæ Parifienfis Baccalaureus. A. R. S. H. 1778.

A SEXTA AD MERIDIEM.

Typis QUILLAU, Univerfitatis & Facultatis Medicinæ Typographi. 1778.